



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Lib. LIII. Olea.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

actionem ejusmodi in seipso totum consistere, ac principatus reliquos exuperantem, sanctum, incorruptum, & ubiq; venerandum conquiescere. Nam divinitatem ex ipso etiam sedentis habere inter noscebant, se solum enim Deo in primis accommodabant, quem nulla unquam potest inquietatio sollicitare, commovere. Quin & sedentem Cynocephalum statuebant, cum æquino etiam quietem æqualitatemq; describerent, quæ quidem necesse est ibi sit, ubi nihil subfultat quod alterum inquietet: sed omnia firma, stabiliq; in æquilibrio conquiescant. Quod vero initio diximus infantem insidentem in medio Loti poni solitum, observata sunt etiam ab Ovidio, apud quem mater ita loquitur 9. Metamorph.

*Hunc tamen infantem maternis demite ramis,
Et date nutrici, nostraq; sub arbore sape
Lac facitote bibat, nostraq; sub arbore laudas.*

Sic infantem hunc videmus apud Poëtam in Loto sedem figurari.

JOANNIS PIERII VALERIANI HIEROGLYPHICORUM LIB. LIII.

DE IIS QUÆ PER OLEAM,
VITEM, ET FICUM
significantur.

Ex sacris Ægyptiorum Literis.

AD ILLUSTRIS, ET REVERENDISS.
REGINALDUM POLUM CARD.



MILITARIS mihi tota vita mos fuit, optime clarissimeq; Reginalde, ut clarorum hominum, quos precipue colerem, moribus contemplandis non parum adhiberem studii atque diligentia, ut scilicet quæ quisq; parte excelleret, ea precipue commendaretur. Nam, ut optime nosti, Deos hominesq; a partibus laudare Homerus instituit. Cum itaque quatuor in primis laude præstares mecum examinarem, perspiciebam. Vir rarissime, triasque quæ de laudum tuarum principatu inter se contendere videbantur. Hinc enim bonarum literarum, optimarumque artium doctrina primum sibi locum asserbat: inde admirabilis ea morum suavitas, quæ & summa benignitas, & singularis humanitas comitabantur, doctrinam sibi cedere imperitabat. Dirigebat tertio loco pietas integerrima, vite moderatione conspicua, divinarum rerum studio fervida, omnibusque probitatis numeris absoluta: qua licet ab omni esset ambitione alienissima, nilque speciosum in proptulso jactaret, suam se virtute involuens, aliena nihil opis indiga, si vni sibi pretium esset, fatiis habere videbatur: quo tamen magis ab ostentatione aliena erat, ea admirabilior illustriorq; apud omnes evaderebat. Quocumq; me igitur animo & cogitatione converterebam, ambigens quam ibi precipue partem attribuerem, mecum aliquandiu dubitavi. Næ si tu cum reliquis & probis literatis viris, quos tu semper unice liberaliterq; fovisti, ad mensam meam Ægyptiacam, adhibendus eras, consentaneum videbatur, ut quæ tu symbola in talium convivarum sodalitiis conferres agnosceretur, quæ, cum esset nuptialis ornatus appareret. Sed enim animadverti demum nulla earum, quæ in te conspicua sunt, virtutum partem ab alterius societate disjungi. Quorsu enim doctrina, nisi qui per doctrinam mores comparatur, ita præsto sint, ut & doctrina laus moribus optimis adjuvetur, & mores ipsi doctrinæ firmamento innixi stabilitiq; fulciantur? Deum vero illa pars vix apud illos unquam illustris habita, nisi & mores & eruditio fidissimi ceteris accesserint;

A. *Ad riuinatioe n. bis fule a et la ungule querebatur. Quae cu in te omnia ita nimiru elucesceret, ut vel re-
 gra ipra signis tus sublimitate facile superare putaretur, cognovi demute no a partibus, sed a toto ce-
 lebrandum: quae quidem omnia in uno apud re conin nlla eo nunc acciderunt illustriora. quod hac sa-
 ma impulsus Paulus III. P. M. sponte te nihil tale cogitantem in sacrosancti Senatus Collegium adsci-
 vii, non modo, ut virtutem ornaret tuam, sed ut tu quog. non parvo patribus esses ornamento: qui qui-
 dem nostra pietatis partes, hoc praecipue tempore labefactas, tam acriter defendendas suscepis, ut
 multas saeculi nostri infelias labores tum auctoritate, tum eruditione tua deterseris eluerisq. tum exem-
 plo vita laudatissimo optimi atq. integerrimi Praesulis formam praeueris ad imitandum. Quoniam
 vero clientium mos est, ut patronis ad huiusmodi honores euectis, eorum nomina gentiliq. insignia,
 corymbis, sertis, floribus, foliisq. honoratioribus redimita postibus quisq. suis assstant, horum ego secu-
 tus ambitionem, ferrum insignibus tuis ex olea, vite, atq. sicu circumdandam institui: ex olea, ut tua
 exesse mansuetudinis & serenitatis iudicium: ex vite ut & meam & literatorum omnium latitiam
 B. in dicarem: ex sicis, ut tuorum inde suauitas morum ostenderetur. Sedenim quid hoc verum sit, ex ipso
 iam Commentario apertius inspicias licet.*

D E O L E A.

P A X. CAP. I.

Pacificum in primis Olea hieroglyphicum esse, tam apud Poetas quam Oratores vulgatissimum est, cuiusmodi illud est Maronianum:

Pacificaeq. manu ramum pratendit olive.

Et Aristophanes in avibus, ubi Hercules legationem exponit; a Deis se venisse, concilianda pacis gratia: at qui, respondet Pistotherius, *ολεος ος εστιν ος λανθωσ, ολεος in lecytho prorsus nihil. ος ος λανθωσ, ολεος in lecytho prorsus nihil. ος ος λανθωσ, ολεος in lecytho prorsus nihil.* misericordia dicitur, quae qui contingit, quibus pax datur, olea apud Probum pacis est hieroglyphicum. Sed enim non a Graecorum fabulis, neq. ab alienigenarum gentium commentis, sed divinitus, vel ab ipso fere novi mundi primordio, in esse olea pacificationis vim nobis demonstratum est.

Aensi. li. 9.

Ideoq. imbellu a Val. Flacco, l. 2. dicitur.

Diluvio enim cessante ab Noe columba emissa, quae praepeti volatu regionis aliquantulum circumlata paulo post olive surculum habens in arcam reversa est: eoque argumento letatus Noe, sensit tempore iam diluvii jam tranquillam, terramque ipsam pacatam, & renitente inundatione iam dudum in emerfu esse. Sed quid illud? Cum ferrum, ferrique usus bello in primis inserviat, & symbolice pro bello ponatur, tantum in esse oleo vim, ut id emolliat, & ad ferendi usum ineptum, & inutile reddat: si quidem fabri, qui ferrum lentescere & emolliri volunt, candefactum id oleo intingere consueverunt.

Ad verba a Parasio gr. Chil. 3. cent. 7. Prov. 73.

DURITIES EMOLLITA. CAP. II.

Quare nonnulli mollitam esse duritiem hieroglyphice significare si vellent, cultrum in aliquot olea bacca impactum facere instituerunt. Quod illi non feciore significato propemodum simile est, quod olea surculum querno ramo quidam implicare excogitarunt, immortalis odii diffiduum compositum esse significantes: propterea quod querus & ol. a tam pertinaci odio dissidant,

Quin & mare tranquillum in ore urinantis.

D. ut altera in alterius scrobe de pacta moriantur.

Plin. lib. 2.

AGRICULTURA. CAP. III.

Sunt qui olea ramusculam in Mercurii manu propter agriculturae studium poni dicant, cum ipse initium & fructiferarum arborum sospitator habetatur, eumq. honorem olive potius, quam alteri cupiam arbori habitum, ut pro agriculture poneretur, quia longe plures utilitates ex olea defumuntur, quam ex quavis alia fructiferarum arborum. Neque tamen defunt qui rem ad pacis significatum deferant, quod ille terum internuncius pacem ferat conciliare, de quo multa diximus in Caducei Comonitario. Opera pretium vero est videre veterum monumenta, in quibus Olea insignie pacis ubique praetenditur. Nam in Hadriani nuino quodam simulacrum habetur flexo genu, quod dexteram ipsi Hadriano stanti porrigit, laeva olea ramum humero demissum tenet: in scriptio,

Odiu compositi hieroglyphicum.

Nulla enim est ars qua non olea beneficio utatur. N.

C. lib. 4. c. 3. Myth. Hadriani num.

RESTITUTORI HISPANIAE. In alio Imperatoris ejusdem provincia eadem humi sedens levo cubito

Oooo 2

cubito lapidum tumulo innititur, dextera ramum oleæ habet: inscriptio, HISPANIA, quo exergo-
Anti. li. 6. mento pacata quietaq; provincia subintelligitur. In eiusdem alio, signum est cum olea in lava, cum
 genio in dextera, quod forte refertur ad augurium ex oliva, sorte sibi oblatum, unde aspirare cogit
 ad Imperium, fortibus Virgilianis fretus, cum ei versus illi obvenerent:

*Quis procul ille autem ramis insignis olive
 Sacra ferens? nos quo crines, incanaq; menta
 Regis Romani, primus qui legibus urbem
 Fundabit, Curibus parvis, & paupere terra
 Missus in imperium magnum.*

Quibus quidem ramis olive insignem Maro fingit Numam ab Anchise præcognitum, cui ob justitiam & integritatem nemo umquam bellum intulit, ipse ultro pacem semper fovit. Quocirca Hadrianus Imperio potitus & quæ pacis studiosus fuit, expeditiones enim sub eo graves nullæ fuerunt, bella etiam silentio pene transacta. In numo vero Severi Pii Augusti togatum est simulacrum cum oleæ ramo cuius inscriptio, FUNDATOR PACIS. Quamvis vero vidisse juret in Maximiani numo simulacrum quod oleam præterdit, cum inscriptione. PAX AUGUSTI: Illud tamen mihi magis aridet, quod in numismate Philippi patris sigillum illud est olive ramum tollens, cum inscriptione, PAX ÆTERNA.

FELICITAS CAP. IV.

Quoniam vero olea adjecta caduceo felicitatis hieroglyphicum habeatur, multa veterum numismata indicio sunt, quæ in ipsius Caducei Commentario continentur. Apud Pausaniam legas Pacem gestare in ulnis Plutonem puerum pectori appressum, eo quidem significato quod pax opulentiam alit, educatque: ubi vero opulentia, ibidem & maxima felicitatis pars, eaque nimirum omnibus expetita.

CONDONATIO. CAP. V.

olea in sacris hieroglyphica. I N Divinis Hebraicæ vetustatis monumentis oleum condonationis, veniæ, ac misericordie signum habetur. Et in Evangelica historia Assertor nosse condonaturus adulterii poenam mulieris, quæ reagebatur à Pharisæis, ex olive in templum perrexit. Et apud Athenæum non abimile, & similia quæ tamen omnia ex Hebræorum sacris de prompta sunt, quibus jubetur crustulum absque fermento quod oleo sit irroratum, offerre Deo. Et alibi, ubi anima donum offert, similia erit quæ oblatio, fundetq; super eam oleum, & panes absque fermento consperfas oleo. Et alibi oleum esse pro peccato legis, & huiusmodi pleraque, quæ omnia delictorum huiusmodi condonationem indicant: quidem. ut Adamantius ait, omnis anima eget oleo divinae misericordie, ut sospitari possit. Hinc Hieronymus super Matthæo. Oleum fructum misericordie cælestis esse, propheticus quoque sermo proficitur. Ergo cum ieiunamus, oleo caput nostrum inungemus, bonis quippe operibus caput nostrum, id est, vitam nostram sensus ornabimus: quia intelligentia omnis in capite est. Jam, ut Hierosolym. Hieronymus interpretatur, fere passim in Levitico superfluum oleum pro elemosynis accipitur, uti thus, orationes, & preces interpretantur. Quod vero scriptum est animam quæ peccaverit, offerre donum similitam cum oleo, virum nulla vel ingenii sublimitate, vel doctrinæ gratia præditum, sed vitam tantum hominem profectum, alio qui vel mercaturæ, vel agricolationi, vel piscari, aut militia, aut sellulari artibus deditum. Cyrillus intelligit, qui simplicitatem suam, cuius similia est indicium, quarat Deo per oleum divinæ misericordie commendare. Neque prætereundum quod aliquorum historiae prodiderunt, Augusti temporibus è taberna meritoria trans Tiberim oleum erupisse terra, totaq; die nulla intermissione fluxisse: quod forsitan ad ortum Christi, & eam quæ subsecuta est mortuum, quæ summa eius fuerit misericordia, redemptionem, & gratiam per omnem terrarum orbem longe lateq; diffusam, referri potest. Sunt qui de fossa in terram cadente fluvium illud olei fuisse dicant, cumque apotheca, ubi vas condita.

A conditum fuerat. in ripa Tyberina summo margine sita esset, amphora casu aliquo vitata, liquorem inde sibi viam aperuisse. Ut cumque, maximi omnino ostenti loco habitum, eique rei monumenta longa annorum serie posteritati commendata. Epopaeus Thestalus, qui Coraci Sicyoniorum Regi successit in Imperio, à Nicteo Thebanorum Rege bello impetitus, commissaque pugna gravi accepto vulnere cum victor evassisset, Palladi templum crexit, qua rogata ut signum aliquod ostenderet, ex quo an id gratum deae donum fore conicere posset, ajunt oleum sponte ante templum fluxisse, simulque Epopaeum haud ita multo post vulnere negligentius curato periisse. Ex Gentilium enim religione observatum est, Deos tunc suae in nos misericordiae signa exhibuisse, cum ex carcere corporis migrare iussi essent, id quod aliquod exemplis declaratum est. Simile fuit in Cleobe atque Bythone fratribus juvenibus, qui pientissimi erga matrem Junonis deae sacra peturam, jumentis aliis deficientibus, altro ipsi jugum subiere, pro quorum pietate merita à Junone filiis dona mater cum poposcisset, mane ambo inventi sunt animam efflasse. Quod vero ad misericordiam & veniam imploratam attinet, quae multis veterum exemplis per oleum significata fuerint, interpretari libet Aelii Lampridii locum in Hellogabali vita: Sybaritas eo anno periisse, quo missum ex oleo & garo commentum sunt: quod si quis ad eibi genus id & ganeae delicias referat, subfrigida admodum causa videatur: sin ad oraculum, cuius mentionem ex Stephano Hermolaeus Byzantius facit, Aegypti cum aliquid, hoc est, eruditus oleum. Tunc quidem Sybaritas peturos oraculum nunciavit, cum major olim honor mortali

B cupiam quam Diis habitus esset, forteque evenit, ut servus heri sevitiam subfugitans, ad aras deorum confugiens, nihil profecerit: ut vero ad patris herilis monumentum se recepit, veniam imploravit, atque ita oleum garo, pisculento quippe ac perinde profano, ut in piscibus habetur, pulmentario, commixtum: condonatum quippe crimen profanae reigratia, posthabita divina.

Epopaei religio.

ELEEMOSYNA. — CAP. VI.

PLUVRIBUS vero locis olea in Divinis literis virum probum indicat, qui misericordiae praecipue fructibus abundet, de quo in Psalmo: *Olivae fructifera in domo Domini.* Contra oleaster minimae frugis hominem, vel idololatram ostendit, Paulus: *Si autem tu ex naturali excisus es oleastro.* Tum lucernas in tabernaculo testimonii à vespere usque mane illucescere jubet Dominus, hoc est, iuge esse commiserationis opus. Nam Salamon, *Oleum, ait, de capite tuo non deficiat.* Coram Domino autem illa accendi debet, quia, in abscondito fieri debet eleemosyna, & uni Deo tantum innotescere, ut insignara sinistra sit quid fecerit dextera. Quod mundissimum esse vultus andelabrum; ostendit opus hoc tam piis à colluvie ostentationis & hypocrisis absterfum esse debere. Aliter lucerna super candelabro mundissimo posita semper in conspectu Domini, candelabrum Evangelica est doctrina, in qua Christus virtutes, lucernae instar, splendere praecipit, absurdum esse dicens sub modio eam occultari: oleum vero quod his lucernis infunditur, ipsa est eleemosyna: unde jejunium, virginitas, oratio, justitia, & alia viae nostrae lumina irrigantur & ut perpetua inextinguibiliq; flamma vigeant custodiuntur.

Psal. 52. Rom. 1. 11.

Eccles. 9.

SUPPLICATIO. CAP. VII.

IAM vero notum est illud imbellem olivam à Valerio Flacco quinto Argonaution appellatam, de qua Statius non alia de causa dixit.

Ramumque precantis olivae, atque alibi:

Vittata lauras & supplicis arbor olivae.

Ramus enim oleae laurive lana circumvolutus, manibus legatorum supplicantium gestari solitus erat: quo de more Probus Aemilius in Pausania, *Id postquam Lacedaemoni reserverunt, legatos ad eos cum lana miserunt,* Maro quoque, morem hunc tangit:

Olea ramus à legatis gestabatur. Ann. lib. 8.

Optime Grajgenum, cui me fortuna precari, Et vitta compositos voluit praeendere ramos.

Quod quidem hieroglyphicum Servius ad imbecillitatem indicandam institutum putat: nam qui precantur, & supplicat, suam arguunt imbecillitatem. Ex lana vero velamentum id accipi solitum, quod Oves alieno semper auxilio eggant. Hinc sacra illa *lauriviam*, de quibus in Theseo Plutarchus:

○○○○ 3

nam Theseus oleæ ramum fertis coronatum vocit Apollini, si Minotauro interfecto incolumis rediisset. Hinc *ὁ χρὸς οἴλου, πρὸς τὴν κομμίτην.*

MANSUETUDO. CAP. VIII

Nam motum aut percussum non strepit, late diffunditur non, luctatur cum igni sero succedit, molli plurimum ac lenit, cor pus tepescit, & contra algores manit. Deorum simulacra cur ex Olea. Geor. lib. 2.

QUANTUM autem pertinet ad mansuetudinem, sunt qui illius ergo Deorum simulacra fabricari ex olea contendunt, quasi benignitatem illam, qua superi sunt præcipue præditi, ita ad unquam referre videatur. Hinc apud Herodotum Terpsichore, orta in Epidauris sterilitate, consultum ab oraculo respondit, Damia & Auxesia simulacra ex olea erigenda. Non immerito ita quasi oleæ stirps apud Milesios tunc sponte sua conflagrasse dicitur, cum illi inter se omne crudelitatis & immanitatis genus truculentem exercuissent. Ajunt vero oleo contra furorẽ tantam molle vim, ut effusum in perturbatos vesanientis maris fluctus, tempestatem efficacissime tranquillet. Hinc Joannes Synæ monachus: *Vclut uter oleo repletus suadum rabiem in serenitate tranquillitatem commutabat.*

ÆTERNITAS. CAP. IX.

ALIT, qui ligni naturam & soliditatem exploratam habebant, æternitatis ratione habita id fieri crediderunt, ea siquidem materies æterna est, quam neq; tempestas, neq; caries, neq; vetustas labefactat. Eadem non in muro tantum obstrusa, sed & in substructionibus & in terra obruta, & in aqua defixa, collocata, v. sempiterno propemodum officio perseverat incorrupta. Cumque Maro dicat solu mignem inimicissimum oleæ, quo si comprehensa sem. Ifuerit, non a stirpe valere, non cessam reverti posse, atque *in a simlem revirescere terra*, illud Athenis admiratione dignum olim evenit, quod eo tempore quo urbis Medorum incendio conflagravit, simul arsit olea, qua de his illa inter Palladem & Neptunum orta fingitur: sed eandem ajunt eodem die in duorum cubitorum manigram excrevisse: author Pausanias, a quo non nihil diversus abiit Herodotus, Urania. Atque hoc illud est, quod libro de Legibus ait Tullius: *Nisi forte Athenæ tua sempiternam in arce oleam tunc potuerunt.*

GYMNASIUM. CAP. X.

Meminit Plin. lib. 13. c. 4. Epaminondas olocus per ligant. Vt Aristophanis & Clautus. Nimirum Cicero in 1. 2. de Oratore. Epicharmi dictum. Sed ex olea coronis Romæ turma equitum. Idibus Iulii in Gminoribus.

CORPORIS autem exercitationes, & gymnasii labores, per oleum significatipsum invenies, quamquam non sum necius Anacharsin Scytham oleum concitandæ insanæ pharmacum appellasse, quod Athletæ eo peruncti magis ac magis insanirent: putabat enim, aut putare se fingebat, eam oleo inesse vim, ut eo qui delibutus esset, inde ad certandi furorẽ concitaretur. Sed hæc est Philosophus Anacharsis, qui tecto g. uder. t & umbra, quiq; olei usum apud Scythas sitos nullum esse videbat. Contra vero Epaminondas permoleste tulisse fertur multum olei se intra corpus recepillis, cum ejus coquus impensarum redderet rationem: *Maluisse enim, inquit, extra consumpsisse, ac compe ad exercitationes alludens. Idem apud Horatium significatum, ubi libro Carminum primo, Sybarum dicit amore perditum deliquescere: quærit enim curis olivum sanguine viperino cautias vitæ. At Artis Catulli gossitambico ait:*

Ego gymnasiolo, ego eram decus olei.

Neque quidem ad corpus tantum, verum ad mentis etiam labores & exercitationes propter vigilias & lucubrationes refertur: unde dictum de studio sissimis nonnullis, plus olei quam vini eos in unguis se. Et ad alicujus veteris & præclari viri lucernam aliquid elucubraturum, cum ejus imitationem exprimere voluerint.

NITORES. CAP. XI.

Quos vero *ἀνοδὸς* vel Marci nostri, vel alterius cujuscumque celebrati videmus, inde nitores quosdam, & in persa lucubrationibus fulgura quædam intelligenda, quæ splendidiorem orationem reddant. Id à balnearum usu sunt qui de promptum putent, quod lecythi usus eo potissimum loco inserviat, in quo oleum ad hujusmodi nitores & elegantias comparatum, infusum sit. Qui vero ad lucubrationes & vigilias rem deducunt, eas ajunt, meditationi maxime commodas, & ad excogitandum propter silentium aptissimas. Epicharmi enim dictum est, si quid scitu dignum quæras, nocte meditando: *ὅταν ἴδῃς δὲ δὲ τὴν τοῦ σφῆρος γίγνεται.*

VICTO-

VICTORIA. CAP. XII.

AN vero eadē causa victoriæ hieroglyphicum per oleam indicari nonnulli prodiderint, quod ex ea veteres trophæa conſtituere conſueverint, an quia victorib. ex oleaſtro corona plurimum patet, in ambiguo eſt: dubio procul enim Olympionicæ oleaſtro coronabantur, ut Ariſtoteles, oleæ ſpecie, quæ quidem ea de cauſa appellatur: folia enim coronis huiusmodi dedicata, contrario quodam modo habent cum reliquis foliis; alia ſiquidem quod albicat interius claudunt, virore forniſecus patefacto: hæc vero intra ſe quod viride eſt inſinuant, quod candidū habent foras ſpectandū exponunt. Adjunt vero Herculem Pæoneum, Epimedeſ, Jaſiumq; & Idam fratres, ex Ida Cretenſi in Elidem delatos, ibiq; Herculeſ, qui natu maximus erat, reliquis certamen fratrib. propoſuiſſe, victoreſq; oleaſtro coronari, quam plantam ipſe ex Hyperboreis regionibus in Græciam detulſiſſet: cujus rei meminit Paufanias, Olympia. Et apud Pindarum legas cum ex oleaſtro lucum ſeviſſe, quem victoribus dedicari. Nam & Ariſtander & Alexandri Magni vates oleum victoriæ, ſed laborioſe ſignum eſſe interpretatus eſt. Cum n. Rex ad Oxum flumen applicuiſſet in Sogdianos mo-

Bvens, caſtris poſitis non procul ab ejus tabernaculo gemini fontes repente exorti, alter aqua, alter oleo fluxere. Conſultis vatibus, Ariſtander reſpondit, olei fontem, laborem quidem, ſed & victoriam promittere: unguntur enim athletæ, & olea victores coronantur. Unde in antiquorum memoriis nonnunquam legas legatum oleum, ut Reate, T. Fundilius Gemilius v. Auguſtalis H. S. xx. dedit, ut redditi ejus ſummæ, die natali ſuo III. Kal. Febr. præſentes veſcerentur, & ob dedicationem ſtatuarum decurionibus & ſeviris, & juvenibus ſportulas, & populo epulum, & oleum eadem die dedit: oleum nimirum ad gymnica certamina quæ funeralibus celebrari conſueverunt. Neq; vero prætereundum P. nathenaicis, quæ in Palladis gratiam celebrantur, olei vas plenum victoribus dari ſolitum, quod olium in venerit Minerva quamvis non deſint, qui oleam inventam à Mercurio tradant, non à Pallade. Sed enim cur oleæ ramus in Mercurii manu poneretur, ſuperius expoſuimus. Sane quidem non ignoramus miniſtros triumphantium oleagineis coronis uti ſolitos in honorem Minervæ, quæ belli dea putabatur, & hinc illi Bellonæ nomen. Unde illud apud Maronem, *Præſes Tritonia*

Eneid. l. 11
Xerxes omnium.

*C*belli. Xerxes tamen ſefellit inſomnium, quo ſibi viſus eſt coronam oleagineam geſtare, ex arbore, cujus ramis terra tota occuparetur, quod eum maxime impulit, ut tanto belli apparatu in Græciam traſſeret, ubi poſtmodum magna victus clade, turpiſſimam fugam arripuit.

PINGUEDO. CAP. XIII.

Sæta noſtrorum literæ ubertatem interdum per hieroglyphicum oleæ acceperunt: nam eam pinguedinis & ſætoris cujuſdam ubertatis ſignum eſſe ex eo perſpicias, quod libro Judicum cum à ſterilibus arboribus olea ad imperium accerſeretur, reſpondit ea, nolle ſe pinguedinem ſuam dereſquere, quæ uſui & Diis & hominibus haberetur. Apud Horatium, *leſta de pinguiſſimis olivæ ramis arborum, habetur.*

Judic. c. 9.
Horat. l. 3. Carm. Ode 11.

HILARITAS. CAP. XIV.

ET pro hilaritate oleum poni in iſdem Divinis literis invenias, ut Pfalm. xcii. *Senectus mea in oleo pingui, ubi interpretes per oleum hilaritatem exponunt, citantq; ex alio Pfalm. nempe 104. locum, ut exhiberet faciem in oleo.* In iſdem Divinis literis invenitur cibus panis non fermentati, collyridonque oleo conſperſarum, & obunctorum oleo laganorum: per quæ, ut Hieroſolymitanus Heſychius interpretatur. Apoſtolorum doctrina, legis eloquium & myſtica Prophetarum verba intelliguntur. Obunctorum Propheta, quia res non ita liquida, neque tam opulenter explere. Conſperſe collyrides quæ paſſim doctrina Chriſti, legis utitur testimoniis: de Chriſto enim Moyses locutus eſt. Panes vero nulli non adjiciuntur obſonio, pleniffimeque hominem paſcunt, magiſque omnino nutriunt, veluti Apoſtolorum traditiones, quæ eadem & Chriſti documenta ſunt, in omni vita tenore coloreq; uſui veniunt, & opulentiffime ſufficiunt.

Myſticus olei ſenſus.
Hinc genua vivunt apud Horat. pra

SPEES. CAP. XV.

Et ſpei ſimulacrum olea propter continuam viriditatem; nam noſtro etiam tempore Virorem multi pro Spe ponunt. Hinc ſimiles nos eſſe oleæ Baſilius expret, quo gravidi refertique fructibus,

*Inveni ad
huc spem
pleno.*

bus, numquam spe denudamur, & quia miserationis etiam indicium eam esse ostendimus, omni, ut
idem inquit, tempore misericordiae munus exercentes, fecunditatis ac ubertatis ejus, quae semper u-
berrima est, amulivademus. Quod vero proditum est Jovem olea coronari solitum, id ea de causa
factum Phurnutus putat, quod in ea viriditatis perennitatem & pinguedinem animi ducit et antea;
Deum omnium bonorum autorem, fecundissima utilissimaque omnium arbore insigniri placuit.
Alii dicunt propter glaucedinem, quae sit caelo propemodum similis; nam & id ad historiam addunt,
ut à Pallade, quae Glaucopis dicitur, producta credatur, de qua quidem fabellam ex Marco Varro
recitare non pigeat. Enata forte in Athenarum arce oliva arbore, sed & quarum scaturigine mox e-
manante, Cecropem per id temporis Regem, animo ad haec prodigia obnoxio. sane quam terrum,
& ne futurarum forte calamitatum haec portenta forent praenuncia, sciscitatum Apollinis oraculum
missos certos homines, qui & ostentia causam perquirent, & averruncanda Deorum ira, si quid illi
minitarentur ostento, rationem discerent. Legatis vero post sciscitationem respondisse Pythiam,
jussisseque interim illis bono essent animo, neque enim ostentum id hominum malo alicuius factum, sed
deorum duorum contentione certantium inter se, uter eorum Athenis imponendi nominis auctor
esse debeat: per oleam enim Minervam, per undam Neptunum significari, & quae sequuntur ad hoc
pleraque alia, quae de industria missa facio. Porro de deorum concilio, ut apud Ovidium est, plerique o-
mnes tradidere, decessisse eos, ut is imponendi nominis auctor esset, qui rem humano generi utili-
orem protulisset. Oliva quidem quantas habeat utilitates nemo non novit. Unde vero quanto sit
mortalibus usui, loco suo declaratum à nobis est. Sedenim oleam ideo praerlatam ajunt, pronuncia-
tumque pro Pallade, quia arbor ea pacis indicium haberetur. Pacem vero bonorum omnium opu-
lentiam & ubertatem secum afferre, parentes nostri forsitan experimento cognovere. Nos Italia u-
niversa per tot annos assiduo continenti que bello afflicta, vix ejus felicitatis famam, ut dicere Ho-
merus, audivimus.

*Ovid. lib.
6. Metam.*

FRUGALITAS. CAP. XVI.

*D. Laert. in
Diogene
Cynico.
Minerva
cur dicitur
olea.*

QUAMVIS autem tanta sit lata pinguedine, est tamen & frugalitatis indicium oliva, de qua sepe lo-
gas, ejusmodi baccas apud veteres parsimoniae causa appositae, & à Platone lauto etiam con-
vivio, deliciis contemptis, esitatas. Eodemque constat in convivio quodam oleis vescentem, irrisum à
Diogene, qui dixerit, *Si sic prandisses, non ita conares*, qui scilicet sentiret, non esse id frugalitatis, sed
stomachi lauto prandio gravati. Quod vero pertinet ad Minervam, quae innupta, quae virgo perhibe-
tur, merito eo sibi oleam asciscit, cum puritate pudicitiaque non minus olea quam Minerva delecte-
tur. Graeci enim, ut Rutilius Taurus ait jubent olivam, cum plantatur & legitur, à mundiis pueris et
que virginibus operandum, credo, inquit, recordati, arbori huic esse praesidem castitatem Florenti-
nus quoque libro *De re rustica*, ad eo puram esse oleam tradit, ut collectores etiam non nisi puros a-
met, qui cum ad olivationem accedunt, jurant se non aliunde quam ab uxore sua venire, ut anno
insequenti uberiorem proventum exhibeant. Praecipue vero ajunt Anazarbi, quae Celsa est civi-
tas, oleas esse fecundissimas, quoniam à castis tantummodo pueris colantur. Sed neque illud dissimu-
landum, tametsi ridiculum, quod apud auctores Graecos, qui nihil non ausi sunt mandare literis, in-
venias, amuletum praesentaneum ad capitis dolorem esse si olea folio Minervae nomen, ad eas
scilicet, inscribatur, ipsumque folium filo religetur ad caput in coronae modum.

DE VITE. CAP. XVII.

OFFERT vero se post oleam Vitis, neque minoris ipsa utilitatis, ut non immerito multis & his in-
gnibus atque praeclearis sit hieroglyphicis decorata.

LÆTITIA. CAP. XVIII.

QUORUM illud praecipuum & omnium praerconio celebratum, ut per eam laetitia intelligatur: id
non Aegyptii tantum, verum & Philosophi & Poetae Latini Graecique omnes eodem admiscere
consensu. Sed ut plurima super hoc à Platone & ab Homero dicta, dissimulem, nonne Divinae etiam
literae

hæc sententiam hanc eandem pleriq; locis prosequuntur? cujusmodi illud est, quod requisita vitis
 ad aliorum arborum imperium respondit, non posse se deserere vinum suum, quo Deus atq; homi-
 nes læti redderentur. Quare Socrates apud Xenophontem, Symposio, vinum ait non aliter merori
 mederi, quam mandragora hominibus, lætitiãque non aliter excitare, quam oleum in spersum i-
 gniflammam adauget. Et conjectores, vel modici vini haustu in somniis attentari viso, læti alicujus
 eventus signum arbitrantur. Apud Philostratum vinitor sub vite confidendum Phœnici suadet, quod
 ex ea aspirare soleat lætitiã. Epigrammaticus Poëta quidem non inelegans nec infacetus, acerbe in
 eum invehitur qui racemum immaturum aspersione humi abjecerat, & insuper pedibus conculca-
 verat non immerito quidem indignatus, propterea quod primo eo gustu deceptus, vitem omnem
 mole acceperit, & in præciso racemo succrescentem lætitiã extinxerit. Ita enim dicit:

*1ud. c. 9.
 Artem. l. 1.
 c. 6.
 Vinum læ-
 tificat cor
 hominis,
 David Ps.
 104.*

Τὴν πρὸ ἀκαθάρτου οἴνου ῥόφον ἑμφρακα βάλων
 Ἄλλο, ἀπὸ πάλιν κλυτὰς ἐξήταυτο
 Κλυτὰς ἐφθάρτο ἀπὸ μέλι βάλων ἄς ἀν ἰδί πῦρι
 Ἐπιπυρροῖσι ἱμαδίαι ἐνδύσασθαι,

Εἴποι δὲν ὁ θεὸς ἀνὰ ῥοῦσ' εἰς ἀλκυόγγυ,
 Ὅταν αἰεθόμηναι ἴσθαισι ἀφροσύνη
 Τὸ δὲ γὰρ ἄν ἴσθαισι τὸ πῦρ, ἢ αὐτὸς ἀνὰ
 ἡλῶν, ἢ γὰρ κίβητ' ἴσθαισι.

cujus hæc prope modum est sententia:
 Quæ feritas? quisquis dona immatura a Lyæi
 Ante diem è vitis palmite sustulerat,
 Labraque perfrictus vecors abjecit, ut esset
 In pedibus trita vile putamen humo;

Hinc pater instaurat Lenæus digna Lycurgo,
 Quando ita nascentem sustulit Euphrosinæ.
 Næg, aliquis vino hoc hilaris cantasset, amasset,
 Aut poterat curas dememinisse graves.

Nos vero adolefcentes jocati contra ita respondimus:
 Κῆρ δὲ γαστρίων κ' οἴνου ῥόφον ἑμφρακα μῖσος,
 Ὅς βάλω τὸ ἐνδύσασθαι ἱμαδίαις χαμῶδαις,
 Κλυτὰς τ' ἴσθαισι ἐξ ἡλῶν ἀπὸ πῦρος,
 Ὅς τὴν ἀφροσύνην ἴσθαισι ἀφροσύνην,
 Τὸ δὲ γὰρ οἴνου ῥοῦσ' ἀπὸ πῦρος, ἢ αὐτὸς ἀνὰ
 ἡλῶν, ἢ γὰρ κίβητ' ἴσθαισι.

quorum sensum ita Latine reddemus:
 Malle animis quisquis vinum hoc immite perosus,
 Allice putri vile putamen humo,
 Ramosque & plantam totam ab radice recidit,
 Atque ita gliscentem sustulit Aphrosynem,
 Namque aliquis potu hoc vino gravis esset ad arma,
 Aut decoris poterat dememinisse sus.

Sed ut lætitiæ huic modum imponamus, Sapiens ait: Exaltatio animæ & cordis, vinum moderate Eccl. 31. e
 sumptum: ad jucunditatem enim creatum est, non ad ebrietatem, quæ te vita defraudet.

Ac CERBITAS. CAP. XIX.

AT non in omni uva suavitas, neque quidem in ulla, nisi maturaverit, nisi æris clementia, locique
 & situs opportunitate adjuncta fuerit. Nam uvæ pleræq; neq; tempore, neque loco suo deceptæ,
 amaritudinem potius quam suavitatem ullam præ se ferunt: quare sum est omphacio significa-
 tum, ut scilicet in suave, acerbum & intolerabile: aliquid damnum per immaturam uvam indicetur.

Hinc illud in sacris literis: Patres nostri comederunt uvam acerbam, & dentes nostri obstuperunt:
 quam sententiam divinitus Cicero mihi videtur explicuisse, ubi ad Brutum scribit: Nec vero fugit, quæ
 sit acerbum parentum scelera filiorum parentis sui. Sed hoc præclare legibus comparatum est, ut chari-
 tas liberorum amiciores parentes Reip. redderet: & quæ mox de Lepidi crudelitate in liberos sub-
 sequantur, quæ omnia in parentis scelus aggeruntur.

*1or 31.
 Ezech. 18.*

HILARITAS. CAP. XX.

EAdem ratione qua lætitiã significat vitis, publicam etiam hilaritatem ostendere videtur, qua
 re apud Maronem Trojani longa navigatione & lassissima mox tempestate fatigati, Dei Bacchi
 Pppp

*Ad hie leti-
 tia Bacchi
 dator,
 lætitiã
 G. 10.*

A scentium ingenis convivia nonnumquam indulta, quo illi ad pocula sese benignius invitarent, coque tormento coacti, ab intimis sese precordiis expectarent, utpote qui nihil tunc simularent, sed cupiditates omnes suas, studiaque omnia propalarent. Unde sapienter Horatius:

Quid non ebrietas designat: operta recludi.

& quæ sequuntur. Idem ibidem.

*Fecundi calices quem non fecerit disertum?
Contracta quem non in paupertate solutum?*

Merito itaq; apud Spartanos Dionysius cognomento *Vitis*, dicitur idiomate Dorico, quod pennatum significat: vinum siquidem mentem, non secus ac alæ corpus, attollit, & modo huc, modo illuc volitare facit perquam agiliter: cujus rei meminit Pausanias, tertio. Facit ad hanc libertatis significationem quod ab Helio gubalo profectum est, ut vindemiarum festivo liceret unicuiq; multa in dominos jocosa atq; scurrilia, petulantissima quadam licenti a ipsis etiam audientibus dominis jactare; quem morem adhuc in agro Neapolitano vigere passim vidi, cum eo forte tempore ad visendam ejus honoratissimæ civitatis. Academiæ illi me contulisset. Et quoniam vinum in lætitia libertatisq; significatum abiit, libet ex Moseos historia quod ad rem facit exemplum recitare. Cum Pharaonis pincerna qui eodem custo diebatur loco, quo & Iosippus, ob custo dieam innocentiam, ut nocentissimus detinebatur, per quietem existimasset se triplicem videre palmitem ternis præditum racemis, qui cum tempestive maturuissent, essentq; à se refecti & expressi, subito Regi multum propinasset: ex quo Iosippus bono eum esse animo jussit, futurum sane ut triduo liberatus eo situ, quo in tabescebat, in pristinam dignitatem restitueretur; atq; ita uti à Josippo prædictum fuerat, tertio post die liberatus, & honoris suo redditus, conjectorem baudquaquam vana nunciasse comperit.

FELICITAS. CAP. XXII.

Ejus enim scientia periti scribunt, ubi significata vitis examinant, uvam in somniis visam, etiam extra tempus, felix esse præfagi. Cuiusmodi etiam vitis fuit quæ visa est Astyagi per quietem nocturnam de Mandanes gnatae suæ genitalibus oboriri, universamq; Asiam palmitibus inuibrare: quod de Cyro nepote ejus eventu adeo felici postmodum comprobatum est: terra tum enim latitudinem id significabat, quæ Cyri esset imperio subjuganda. Rhea siquidem vitis sacra est, & ejusmodi deæ de vite fieri simulacrum tradit Euphorion. Fuit autem hoc attestatum ostentum, ad alterum, quo prius imaginatus fuerat Astyages idem videre se micturientem filiam, quæ Regiam urbem cum universa Asia inundaret. Et quamvis Rex quid utrumq; sibi vellet à Magis edoctus, contra filiam & infantem natum multa esset machinatus, fatalem tamen necessitatem evincere non potuit. Everso enim Medorum regno, Persicoq; constituto, Cyrus mirum in modum crevit.

LABOR. CAP. XXIII.

Neque tamen ita felix tranquillumq; est hieroglyphicum vitis, ut non & laboris plurimi sit etiam argumentum: si quidem arborum nulla majore indiget cura. Usq; adeo imbecilla est, ut nisi humana diligentia excolatur, pergulis sustentetur, vel arboribus maritetur, falce comprimatur, ac annis singulis præcidatur, multo deniq; labore custodiatur, brevi admodum tempore vel pereat, vel in labilem degeneret. Quare non imperite dixit Hesiodus, sive is Apollonius fuit, qui sentum Herculis doctissimis carminibus celebravit:

Oia divovon dōn' dōdegōn ydēgōn, nēi āyāō.

Ute lætitiæ & laborem simul hominibus à Baccho datos affirmaret. Neque sum nescius, ad animi etiam anxietatem atq; morositatem referre posse: siquidem compertum est eos, qui meraco plurimum utuntur, melancholicos fieri, atq; inde tristiori esse corde: tum obliviosos, ut Florentinus in rusticæ ait, in primis fieri, ut ea taceam, quæ per ebrietatis furorem infanda pleraq; perpetrantur: quorum omnium memor Maro noster, ne unum plus æ quo laudaret, ita cecinit:

*Bacchus & ad culpam causus dedit, ille furentes
Centavros letho domuit, Rhetumque, Pholumque,
Et magno Hyleum Lapibus cratere minantem,*

Pppp 2

*vitis, id est, liber dicitur
Epistola 5.
ad Torquatum lib. 1.*

*Dionysius
cur dicitur
dicitur.*

*Asclepiades
tantum tri
buit vino,
ut ejus u
tilitatem
aguarum vi
deorum pe
tentia dice
ret.
Plin lib.
23. cap. 1.
Sophocles
in Electra.
circa labo
rem nihil
bene est.
Vitis imbe
cillitas.*

Georg. l. 2

Habet

Habet & illud incommodi, quod linguam vinum præpedire solet, eaq; de causa Mercurio, non vi-
no, sed lacte supplicabatur, ad ipsam etiam eloquentiæ dulcedinem indicandam, idq; Romæ vico-
iam Sobrio nuncupato fieri solitum.

TITILLATIO. CAP. XXXIV.

Totent in
Eunucho.
Noces a-
Phoeni de-
morges &
diavre di-
ja.
Mortuaria
Venus sine
Baccho &
Cere. In
Græcorum
collestantis
Nex & a-
mor vinum
que nihil
moderabile
fundent.
illa pudore
vacat. Li-
ber amoris
metu.
Ovidius.
M. lib. 4

ET quod ajunt sine Cerere & Baccho Venerem frigere, adducit in memoriam, Lampſacum eade
causa falaci Deo sacram olim dicitur atam, quod optima generoſiſſimaque vina proferebat, iſti-
brium enim illud Veneris & Bacchi filium fuiſſe antiquitas fabulatur. Citat Stephanus Demostheni,
qui rei iſtiusmodi cauſam memoriæ prodiderit. Cum itaq; vinum præcipuum ſit nequitia fomentum,
merito ſignum Virginis vitem averſatur, cavendum enim, ut Orpheus monet, ne Luna ſignum Vir-
ginis præcurrente vitem ſeramus; eam enim virgo odio proſequitur. Atq; ne ullus unquam ſit fabula-
modus, alii dicunt, propter Icarium patrem, qui ab ebriis coloniſ ſuerit interfectus.

SANGUIS. CAP. XXV.

FUIT & ſanguinis ſignum oblatum in ſacris vinum, atq; eo nonnumquam cognomento nuncu-
patum; quare quod apud Maronem,

Vidit Thuricremis cum dona imponevet aris,
Horrendum dictu, latices nigrefcere ſacros,
Fuſaque in obſcænum ſe vertere vina cruorem.

non tantum oſtenti loco poſitum, ſed antiquum videtur ſignificatum attigiſſe, quod & pro vino ſan-
guis, & pro ſanguine vinum acciperetur. Nam à Moſe ſecundo Deuteronomio cantico: & ſanguis eos
vva biberet meratiſſimum; & à Palmographo dictum, Sanguinem vva biberunt. Sane quidem Ægy-
ptii ſacerdotes vino pertinaciſſime abſtinebant, & antiquiſſimi eorum reges; nam & illi tunc non niſi
ſacerdotes erant, ut tradit Hecæatus. In Deorum tamen ceremoniis vino utebantur, eoq; libabant,
utidem author ſcribit, non gratam ſiquidem cœleſtibus oblaturi, ſed eorum ſanguinem, qui contra
Deos pugnaſſent propinaturi, indeq; ſibi nomina conciliari arbitrabantur: per ſuaſum enim habe-
bant Ægyptii, vitem ex fuſo in terram Gigantum ſanguine pullulaſſe, unde & memoria, & furor inel-
ſet vino. Quamquam poſteriores Reges, Plammeticho in primis authore, vinum ſed certa menſu-
ra, menſis adhibere. Poniſt vero & Heſiodus menſuram, qua ſit ad ſalubritatem bibendum;

Tal. a. d. ar. & c. r. i. d. i. r. i. g. r. o. s. u. s. u. s. a. l. i. e.

Tres miſcebis aqua partes ſic quarta Lyas.

Ariftoth.
in Equiti-
bus Tres
partes aqua
duas vini.
Pollux lib.
10. c. 11.
quatuor a-
qua, duas
vini partes
adhibet.
Pſal. 7. 3.
Vindemia
hierogly-
phica.

Et venuſtam admodum eſt Epigramma Meleagri, quo à Meraco ſalubriter exterrerecur.
Ardentem ex utero Semelæ lavere Lyas
Najades, extinſto fulminis igne ſacra
Cum Nymphis itaq; eſt tractabile, at ſua Nymphis
Candenti ruſum fulmine corripitur.

Hæc autem miſcendi meri admonitio, adducit in memoriam mihi locum in Divinis literis quem ne-
ſas eſt præterire: Calix in manu Domini vini meri, plenus mixto. Calix Domini mixto plenus, idem
eſt, ut ſentit Eucherius, & ſi diceretur miſericordia & iudicium. Inclinaturo vero ex hoc in hoc, cum
de miſericordia in iudicium divina ſeveritate tranſitur. Pax autem non exinanitur, quia adhuc ul-
timum iudicii reſervatur: ea ſiquidem erit vindemia, quæ ipſis in divinis literis hieroglyphice ponitur,
ſignificatq; rerum finem, quam Theologi ſæculi conſummationem vocont, aliquando depopulatione-
nem aut Plalmo: Vindemiant eam omnes qui tranſgrediuntur viam. Pro ſine vero rerum Joel. Mit-
te falces, & vindemiate vineam terra, quia matuæ ſunt vva ejus. Et ne hoc imprudentibus excidat,
vindemiæ ipſius instrumentum torcular, nomen in ſacris literis hieroglyphicum, per quod ſcilicet,
tum alia quædam, tum præcipue tempora arumnoſa, preſſuræ, vexationeſq; ſignificantur, quam in
ſententiam totus ſere Plalmus evagatur, cujus inſcriptio eſt, In ſinem pro torcularibus.

FERACITAS. CAP. XXVI.

Non inepte vero quiſpiam feracitatem hieroglyphice ſignificaturus, vitem cum racemis pinxit.
Inter enim fecundiores plantas principatum obtinere vitem nemini dubium, ſarboſcule
vitis.



A uniuscujusque ratione habita, vini copiam expenderimus. Ad dam etiam, eam alicubi esse racemorum *Eucarpia* magnitudinem, ut racemi singuli singulos expleant currus, cujusmodi fertilitas est Eucarpiae minoris Phrygiae urbe. Quin etiam currum medium ibi dissectum defecisse unci racemi pondere Metrophanes tradit. Itarecte Plinius, nullum apud Graecos mendacium esse dicit, quod teste careat: utcumque ramentum, haec, & alia super huiusmodi urbe a Stephano memorantur in iis, quae desloravit Hermodolus Byzantius.

PIORUM CONVENTUS. CAP. XXVII.

Sed ut de vite simpliciter sermo sit, debere nos, ait Basilus, rationem ejus contemplari, qua Dominus sese vitem, & Patrem agricolam esse, vinitoremque dixit, nosque singulos in piorum conventu per fidem satos, Palmites appellavit: hinc nos ad uberrimi fructus feracitatem invitat: ne ut inutiles atque superflui ludibrio simus, & a foecundorum palmitum consortio recisi amputatique igni destituti nemur. Affertor verò noster nusquam cessat animas nostras vitibus comparare. Vinea namque facta est dilectio, dicit, in cornu, in loco pingui: & vineam sevi, septumque; circumposui. Animas humanas plane vineas dicit, quas circumdedit septo, tum ea securitate atque tutela, quae resultat ex praecipis, tum ipsa gemmarum custodia. Dictum est n. *Verfabitur Angelus Domini in circuitu mesuentium*. Deinde quasi valla nobis defixit positos in Ecclesia primum Apostolos, mox Prophetas, mox Doctores alios; inde animam nostram, ne dejectus despectusque humi repererit, & pretereuntium pedibus conculcaretur, majorum nostrorum exemplis, qui per summam innocentiam & probitatem clari & illustres habentur, in altum erexit, eorumque vestigia sequi iussit, qui per virtutem & integritatem, ad summum evasere. Ad haec vitem Ambrosius plebem Ecclesiae significare contendit, quae veluti quadam fidei radice plantatur, propagineque humilitatis reprimatur: ubi vero circumfossa fuerit, teligatur, etigaturque; ne reflectatur in terram. E sarmentis alia reciduntur, propagantur alia. Reciduntur quidem ea quae inani typha luxuriant, de quibus Pythagoras symbolicè dixit, *non ambrosia heris est, non typha*, pura purgataque omnia esse volens quae Diis offerantur. Ea vero propagantur, quae bonus agricola fructifera iudicavit. Ad minuciorum vero ordines jugationisque concinnitas, vere atque manifeste docent aequalitatem in Ecclesia servari debere: ut se nemo quantumlibet dives & honoratus extollat, nemo pauper animam despondeat, seque despectum atque contemptum esse vereatur: ignobilis nemo desperet, verum a qua sit omnium conditio, pariterque omnium mens ad superiora suscollatur, suamque in caelis futuram consuetudinem atque commercia sibi proponat. Ne vero illis inguentium tempestatibus procellis vexari, locove deturbari de jicive possit, clavicularum quasi charitatis amplexibus proximos quosque complectitur, & in eorum conjunctione requiescit. Appellat nos Jesus vitis suae palmites, propter ea quod, inquit Origenes, palmes arbore connectitur, & clavicularum tanquam manibus vitis stricta confirmatur a lapsu, quo freta adminiculo ventos turbinesque contemnat. Futurorum id bonorum indicat spem: quia fideles quique non solum in iis, quae gerunt, sed etiam in iis quae sperant & credunt, perfectum salutaris statum expectant: quapropter quasi ad quandam patientiae ardores, spe juncta atque confirmati, naturalium motuum procellas, cupiditatumque turbines insultusque perferant atque contemnunt. Haec & huiusmodi pleraque commentationibus in hieroglyphica nostris libenter inseruimus, quo mihi sunt a quiores ij, qui studium in hac re meum acrius incessunt, quorum sum id tendat ignari, cum viderint similitudinariam hanc loquendi figuram non tantum ab Aegyptiis quos immerito contra Dei praecipuum abominantur, inventam, verum etiam ab antiqua & nova lege receptam: quinciam ab ipso nostrae institutionis conditore CHRISTO JESU frequentissime in usum deductam: nihil enim aliud est hieroglyphicè loqui, quam divinarum humanarumque rerum naturam aperire. Addenda vero huc fuerant ea quosque de Juda Israelis dicta: *Lavabit in vino stolam suam, & in sanguine uvae amictum suum*, sed quoniam haec copiose sunt a sacrorum interpretibus discussa, praesertimque ab Adamantio, ad ultimam ejus homiliam in Genesim unumquemque pietatis studiosum accedere cohortamur.

*Vitis my-
sica 10. -
su.*

Joan. 15.

Psal. 133.

*Non sacri-
ficabis vi-
vis ex vine
sationem
non passa.*

*Palmite
cur nos ap-
pellat 1E-
SUS.*

Genes. 49.

DE FICU. CAP. XXVIII.

Inchoavit honoratissime Domine, oliva apparatus nostrum, accessit uva, quæ plurimum forte attulit saturitatis: pro bellariis addere ficus libuit, ut si quid amaritudinis in oliva fuit, si acerbitas uva, quod nostri quippe Bellunensis cœli rigor eam plerûq; maturefcere non sinit, errorem omnino missus tertii suavitas emendet.

DULCEDO. CAP. XXIX.

DE ficu sane quicquam, quod magnam mihi affert admirationem, apud Horum Aegyptiam, Caprifico excepto, non invenimus: paucissima enim admodum ejus auctoris fragmenta temporis injuriam evicerunt. Apud Authores alios inter arbores primas celebratam passim comperimus: atque illud præcipuum ejus est hieroglyphicum, ut per eam dulcedo intelligatur, eaq; tam in gratia hominibus consuetudine, ac morum suavitatem, quam in cæteris rebus, quæ jucundæ amabilesq; sunt, ac voluptatis plenæ. Hinc illud apud Theocritum de suaviter cadente, καὶ ὅτι μὴ γὰρ ἰσχυρὰ τὸ πρῶτον, ἐμὲ δὲ γὰρ ἐπιθυμῶν, ἐπιθυμῶν τὸν ἄνθρωπον, ἄνθρωπον τὸν ἄνθρωπον, ἄνθρωπον τὸν ἄνθρωπον. Athenis ficus esse Dion etiam testatur. Ita vero ficus ad victus humani commoditatem nata, ut Hippoanax Poeta vetus eam auro prætulit, dum seazonte illo suo licentioso dicit:

Hinc illud Aristophanis in Vespiis cœno cœno, ficum cupit pro delictis vitium usurpatur.

Idque forsitan propter famis condimentum ut Davimus ab Alexandro fuisse haustum aqua turbida suavisimum dixit. Iudic. c. 9. Artem. l. 1. c. 71. Fici prodigijsa omnia.

Εἰ τις ἀγαθὸν ἀγαθὸν ἐκ δέμας πολλὰς
Καὶ σὺν βίῳ ἐδὴ ἢ πρὸς ἀνθρώπων
Κτλὴν γὰρ τὸν ἀνθρώπον ἄνθρωπον ἀνθρώπων:

Si quis domi recondat auri plurimum,
Ficusq; paucas, comparatque serculos
Duoque, tresve, indicabit illico
Auro domi præstare ficum plurimum.

Sane Φιλασθένης nonnulli appellat purioris mansuetiorisque vitæ duces. Harum vero commendationem auget summo opere Artaxerxis cognomento Macmonis testimonium, qui junioris Cytiræ fuisse fertur: is cum aliquando arrepta fuga commeatuq; direpto, coactus esset ficus, & chordæ eorum panem esitare, indoluisse fertur, ob regalem effluentiam apparatioreq; lautitias tantæ se voluptatis expertem tandiu fuisse. Quid vero quod ruta, sua satis insignis amaritudine, si juxta ficum feratur, delinquare, ut reliquis arboribus à quibus in imperium adscilicet batur, dominaretur. Ut vero alibi legimus in iisdem Divinis libris, justos & sanctos homines sub ficu requiescere perhibent, hoc est, tranquillam atq; suavem vitam agere. In veterum etiam numis suavitatis istiusmodi significatum observares. Nam in quodam, ficus est inter duos tumulos sita: unius tumuli inscriptio est. Α Μ Β Ρ Ο Σ Ι Α. Alterius ita detrita literæ sunt, ut legere non poterim: puto tamen ex nota Ν Η Ε Ρ Α, quæ via domitia discernitur, Ν Ε Κ Τ Α Ρ esse debere: quasi ficus utriusq; vicem gerat. Sane conjectores inspectam in somnis ficum, albam præcipue, atq; suo tempore, bonorum multorum prælagium habent.

SUAVITAS SUBLATA. CAP. XXX.

NEque caruit omnibus ficus, quæ sublatam suavitatem extirpata significaret, eo præsertim tempore quo publica civium Ro. suavitas & dulce commercium: extincto Alexandro Severo, adempta est. Paulo enim ante quam is satis concederet, arbores fici tres, quibus tentoria Imperatoria adnexa erant, quæq; ficus eas ferebant quibus Alexandrinarum nomen est, subito ante illius tentorium prociderunt. Idem in Caprifico portentum in Messenios accidisse memorie proditum est. Nam cum illi sylvestrem ficum καρῆσι appellarent, quos nos imitati sumus Caprificum appellantes, oraculum super excidio suo hujusmodi habuerunt:

Ἐπὶ τῆς καρῆσι τὴν ἰδίαν ἰδίαν ἰδίαν ἰδίαν
Ὅτι τὸν καρῆσι τὸν καρῆσι τὸν καρῆσι τὸν καρῆσι
Namq; Nedes simulac curvas Caper hausserit undas,
Tunc Messens vale, tibi enim gravis exitus instat.

Accidit

A Accidit vero ut Caprificus in Nedes fluvii ripa nata, ramos eo usq; declinarit, ut aquis profluentibus rami alluerentur: quod cum Thæoleus vates animadvertisset, instare dixit Messeniorum exitium ut oraculo Pythio prædictum fuerat. Rem tangit Pausanias, quarto. Sed cur ficum Idumæam dicere contemur, ad quam Aserior noster à Bethànìa rediens, fructum ex ea capturus accessit, famelicebat enim. verum cum fructum in ea nullum invenisset, arborem devovit, ne ullo unquam tempore fructum ferret. Sane mystice factum hoc, ut tam multa alia: nimirumq; ficus hæc populus Judaicus erat, ad quem famelicus Dominus venit; in quo cum nihil præter quandam speciem vitalem sine ullo profectu comperisset, cum in æternam perfidiam execratus est: Fructum enim ipse è synagoga quæsierat, quem nullum invenit: quia ea, ut inquit Gregor. folia legis habuit, sed fructum operis non habebat, de qua dicitur ait Euthy. ab Abacunte, ficum fructum non allaturam. Quod vero per tres annos frustra quæsitus fuerit hic fructus: Eucherius tria vult tempora intelligi, ante legem, sub lege. & gratiæ tempore, quibus Judæi ipsi fuerint semper à Domini præceptionibus alieni, & nullum boni operis fructum protulerint. Eodem ritu quod ait Dominus Nathanaëli: *Cum esses sub ficu, vidi te: quippe cum in originali labe. Judæorum ritu confisteres, adieci animum ut te redirem.*

*Mat. 6. 17.
Mat. 6. 27.
Ficus Idumæa.
Naves cæcæ
quærit ad
didonem
morsu è fru-
tu cognosco
arborem.*

FATUITAS. CAP. XXXI.

Etycomorus aliquid habet hieroglyphicum, quam Zachæus inscendit: nam arbor ea cum sit ficus fatua, indicat eos, qui, ut Eucherius refert, mundi sapientiam humiliter sectati, eligunt, mox Dei sapientiam subtiliter aspiciere. Prudenter enim ait is, sycomorum ascendimus, si proinde eam que divinitus præcipitur, laudabilem & sapientem fatuitatem tenuerimus. Quid enim inter mortales insipientius, quam amissa non querere, posse sola largiri, sapientibus relaxare, nullam pro acceptis injurias injuriam reddere, sed juxta præceptum Dominicum, in omnibus præstare patientiam?

*Zachæi sy-
comorus.*

CONTEMPTIBILIS. CAP. XXXII.

Cæterum quod ad opera ex ficu facta pertinet, Græci ficulneum pro imbecillo & contemnendo ponunt, quo significato Sermionibus apud Horatium:

*Serm. lib. 10.
Sat. 7.*

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum:

hoc est, minimi pretii, minimiq; usus, de quo scilicet faber merito ambigeret, facere etne scamnum an simulacrum pudendum, Deum omnino despiciatissimum, nam fici materia paucissimis est, & iis admodum exiguis fabricis idonea. Eoq; spectat proverbium de Mandronis navi, quæ ficulnea fuerit: cum is notatur, quatenusissima olim re angustoque patrimonio despiciabilis, ad amplissimos honores emergerit, nihil tamen venerabilior habitus ob insolentiam importunamq; superbiam, qua sese intemperantius efferat. Nam Mandro, ut pleriq; alii, à remis ad imperium venit, neq; ob id tamen ullam affectus est auctoritatem. Ita deniq; veteres per ficinomen nullius frugis hominem, imbecillum & abjectum significabant: nam & Græci olim hunc *ἀργυροκόμοι*, dixere, ut apud Theocritum Ergatis, & apud Aristophanem sæpius invenias. Et nunc quoq; vulgus stupidos & ineptos, ficones appellat.

*oviniq; aut
Aristoph. in
Pinto Sicis
ovinos, De
um ficulneus
est nō cō,
nam, ali-
quam ficul-
neum sub-
virum, &
in Ficus
Sicis ovini-
q; lignum
ficulneum.*

BACCHUS SYCITES. CAP. XXXIII.

Iacedæmonii ficum à Baccho inventam opinantur, eaq; de causa eum Sycitem nomine, ut Sossibius tradit, coluere. Apud Naxios simulacra ejus nunc ex vite nunc ex ficu fieri solita sunt. Milichius nonnullis appellatus Bacchus, quod Milica pro Ficus nonnumquam accipiuntur. Et Dionysius præter vini amphoram, & vitem, quæ præferbatur, & præter hircum qui trahatur, cophinum etiam gestare mos erat, in quo carica forent: author in Moralibus Plutarchus.

PROGRESSIO. CAP. XXXIV.

VT vero ad folium revertamus, quod Thrion appellatur, progressionis olim signum fuit. Veteres aliquo profecturi ficulna folia suspendebant progressionis cæremonia, atq; ita sibi auspiciatum fore augurabantur. Ea autem de causa Thrion dicitur hujus arboris folium, ut interpretes Theocritiani cum veris-

*Ficus enim
folia ei sa-
era, propter
Sycen in fi-
critiani
cum veris-*

critiani volunt, quod in tres partes divisum est, visendo inter utrasque partes intervallo, scribique de
trion tenui, & thron aspirata, atq; etiam thriambon, quin & *Sein* dicunt hujusmodi folia collige-
re, & in aliquem usum parare.

SEPTENTRIO. CAP. XXXV.

*Thron in
Serapidu
Ostridug
sacru.*

Parabatur autem Thron religiose admodum Serapidis Osiridisq; sacris, gestamen scilicet folio-
um, quod capiti superponeretur gestandis hydris aut calathis commodum, eratq; illi suum etiam
significatum: siquidem & Regem, & Septentrionalera regionem, polum quippe Arcticum, perin-
tortille gestamen hujusmodi intelligebant. Regem, quia polum cœlorum omnium rotatum regere
videtur: & circulus ille foliaceus in gerulicapite orbiculum Arcticum exseribit, ab axis illius quippe
oculis est similitudine.

GENITALE. CAP. XXXVI.

Quinetiam præter motum, cujus primarias partes illi tribuebant, ferum etiam omnium semina in-
de demitti plerique veterum magno ex argumento arbitrati sunt: inde enim a thron esse prin-
cipium, quæ Mathematici veteres lacissime disseruerunt: quocirca Thron cum & humoris redun-
dantiam, ob viridis crassiq; folii viriditatem, & motum omnium, ob convolvibilem texturam signifi-
caret, pari quadam natura cum genitalem æstimabatur, atq; ejus esse simulacrum videbatur, uberrate
scilicet humoris & motu ad prociendam genituræ principia convenientibus. Sed hæc in Serapidis ca-
latholocupletius.

DELECTATIO. CAP. XXXVII.

*Cur Ada-
mus se sci
foliis vela-
vit, & E-
vam.*

Hujus generis fuisse prædicant Adami pomum, præter ipsius Dei præceptum nimis expectum:
id enim delectationem & voluptatem, quæ sensu percipitur, significasse plerique Theologorum
docuerunt. Nihil enim mentem nostram è tranquilla Paradisi statione facillime exturbat, quam nimia
voluptatum consecratio. Is tamen suæ prævaricationis amaritudine exacerbatus, fici foliis semet ve-
lare pudoremq; obtegere properavit. Ficum enim fuisse tradit Irenæus. Tertullianus autem ea re
super ait: quod in novo corpore indebitum adhuc pudori erat protegere festinans, ficulnis foliis
interim circumdat. Ad hoc addit Irenæus, non alterius arboris aut herbæ, quæ mollior tactu esset,
ad indicandum penitentiam duritiem atque cruciatum, propter scabritiem scilicet & asperitatem, qua
folium hujusmodi præditum est. Et quia cingulum id, & sibi & uxori suæ circumligavit, nonnulli re-
ponunt, ut petulantem carnis impetum retundere se polliceretur, id veluti continentiam frænum ad-
hibuisse: quoniam scilicet stolam eam, quam habuerat à Spiritu sanctitatis, amiserat, eo
tegmento, quod nullam prorsus delectationem afferre posset, sed morderet potius ac pungere,
uteretur.

FOLIA RELIQUA. CAP. XXXVIII.

*Hierem. 4
9. Aenel. 6*

*Cur ficus
causa fue-
rit exi-
nis Carthae
genensis
Plut. in vi-
ta Caton.*

Folia vero reliqua Divinis in literis pro ipsa, ut ita dicamus, legis litera hieroglyphicè accipiun-
tur: quia quemadmodum arborum fructus foliis velatur ac tegitur, ita sub legis litera spiritus
occultatur. Idcirco nos, ait Hesychius, literæ folium aperimus, ut qui latet interius fructus spiritus
inveniamus, de quo Hierem *Si vindemiatores ingressi fuissent in te, saltem reliquissent racemum tuum.*
Et Virgilianus Aeneas apud Sybillam, cum ambages & verborum involuera cupiat evitare, & rerum
eventa aperte sibi declarari comprecetur, quod folia omnia conturbarent, id unum orat: *Folium tan-
tum ne nomina manda.* Sedenim quantum pertinet ad voluptatem, de qua satis, cum hoc ipsum ar-
gumentum sequeremur, in Serpentis commentario disputatum. Illud hæc potius memorabo, ficum
non eorantum rerum primordio humano generi calamitatem & assiduos labores attulisse, verum
annis volventibus in causa fuisse, cur potentissima opulentissimaq; regna duo ad internecionem usq;
corruerint, Carthaginis Imperium, & Romana potentia. Carthago quidem, quia ficum ex hortis
suis decerpit: velocissima festinatione tertio post die Romæ representavit: doluitque Cato, & in
Senatu

A Senatu conquestus est, hostes non triduo magis procul Roma proprias habere sedes. Romana vero potentia ac universam Italiae robur à Transalpinis gentibus sese nobis totiens superfundentibus, ea de causa quassari constringique cepta, quod, ut Plin. inquit, Hellico quidam Helverius, qui Romae ob fabrilem artem aliquam diu commoratus fuerat, in Galliam remeans sicum siccam, & uvam, oleique & vini præmissa secum tulit, quorum usu delicato suavique concitati feroces populi, ad hanc usque diem assiduis non calamitatibus affligere numquam desistit: quamvis natura ipsa Alpibus, & tam inexuperabili munimento Italiae procul Gallias atq; Germanias coercuerit: quorum feritas si quando gravis Italiae fuit, nullo certe unquam tempore calamitosior extitit, quam quinto jam & vigesimo ab hinc anno, quibus universa Italia caedibus, rapinis, incendiisque desolata pervastatur, hinc Germanis, hinc Hispanis extremum ejus excidium assidue meditarentibus.

ALIMONIA. CAP. XXXIX.

Sed ut querela cessant, adeo sicum alimentis idoneam esse compertum est, ut eam Cereris donum dicitur pro; alimoniam symbolo suscepit. Quantum enim ficus humanae prodest alimoniam, vel eo manifestum esse potest, quod athletas ficis ficibus pascere moris fuerit, ut auctor Plinius: experimento enim comprobatum est, eo cibo frequentius sumpto, corpora & vires mirum in modum adjuvari. Quod vero Attica eo fructuum genere magnam est nobilitatem assecuta, Paulanus ait, Cererem primum in ea regione sicum Phytalo cuidam hospitalitatis primum donasse, ejusque rei monumentum extare his versibus celebratum:

Hic quondam hospitii Phytalus suscepit honore
 Legiferam Cererem, quae molli cortice pomam
 Prima dedit, dixere sacrae mortalia sicum
 Ora, genus Phytali decus hinc in sine secuti est.

nimirum
 Phytalo ho-
 spiti grati-
 am referat
 Paulanus
 in Atticis.

ADULATORIBUS DEDITUS. CAP. XL.

Dixit enim hominem adulatoribus deditum Thebanus Ceates per sicum arborem in prærupta asperaque rupe fatam describat: quippe quo sit hominibus difficilis accessus. Ejus vero fructus à coervis & milviis tantum decerpitur, ita horum opus ad impurissimum & adulatoribus depasci. Idem de reliquis etiam arboribus quotquot fructiferae essent, Diogenes dicere solebat.

D. Laert. in
 ejus vita.

DULCEDO VERITATIS. CAP. XLI.

ET Mercurius sibi sicum vendicavit, cui undevigesimo primi mensis die Aegyptii sacra faciebant melle & sicu, quae sacra eo clamore proferebantur, ut quod hieroglyphice in eis titaret exponentes, id eundem clamarent, quod dulcem esse veritatem significat.

Ficus sacra
 Mercurio, a

CYRENENSIVM PIETAS IN SATURNVM.

CAP. XLII.

STATUS vero pleraque sicis coronata, Cyrenensium religionem indicabant, quia & Saturnus decus in agricultura suum meruit, quem agri colendi auctorem, & institutionis putationisq; & stercoreationis repertorem memorant, neque minore quam Cererem honore honestandum existimabant. Huius Cyrenenses cum rem divinam faciebant sicis recentibus coronari consueverunt, quod & alimonia in eis, & gustus suavitatis egregie vigerent. Haec sunt, honoratissime Princeps, arbores illae ad ingenium tuam naturam accommodatae, quas de sumpsi ex hortis meis ductilibus, limoq; Nilotico in arcas ingesto, necum quaqua iter est eire vectro. Neque vero folia his arboribus ulla unquam decidunt tempestate: licet bitque perinde tibi, si plantis his delectari ceperis, eas hoc terreno pactas in Britannias usque tuis asportare: quae mundi pars, cum olea, vite, & sicu careat, illas aspiciant non modo suo tempore frondescentes, sed toto etiam anno, folio numquam deceduo, perpetuo virides admirentur. Sedenim, ut serio loquar, eas tu si pertractabis earumque vim diligenter inspexeris, cordi ita insitas, tuo comperies, id nihil tui similis esse, etsi modestissimus es, confiteri necesse habeat. Nam boni quicquid in Divisilla significant, ea omnia tuae congruunt pietati.

Hinc à sa-
 turno.
 Macrobius
 l. 1. c. 10.